

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Contemplacio g
cum fonte primo

Contemplari Dei sapienciam non possunt
qui sibi uidentur esse sapientes
quia tanto ab eius luce longe sunt,
quanto apud semetipsos humiles non sunt;
quia in eorum mentibus dum tumor elacionis crescit,
aciem contemplacionis claudit,
et unde se lucere pre ceteris estimant,
inde se lumine uirtutis priuant.

Gregorius libro XVIII. moralium.

Contemplari enim Dei sapientiam non possunt
qui sibi sapientes uidentur,
quia tanto ab eius luce longe sunt,
quanto apud semetipsos humiles non sunt;
quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit,
aciem contemplationis claudit;
et unde se lucere prae ceteris aestimant,
inde se lumine ueritatis priuant.

Gregorius Magnus, *Moralia in Job*, 27.46 (CCSL
143B, M. Adriaen ed., p.1392, ll.104-109).